DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
CARDIALGIA.

QUAM,

PRÆSIDE DEO OPT. MAX.

Ex Authoritate Magnifici Rectoris,

D. THEODORI RYCKII, J.U.D.
in Illuſtri Academiâ Lugduno-Batavâ Profeſſoris
Hiſtoriarum & Eloquentiæ,

NEC NON

Ampliſſimi Senatûs Academici Conſenſu, & Almæ
Facultatis MEDICÆ *decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,
Summiſque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis ritè ac legitimè conſequendis,

Publico examini ſubjicit

JOHANNES WIEMERDING/ BRUNSVICENSIS.

Ad diem 28 Aprilis, loco horiſque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud ABRAHAMUM ELZEVIER,
Academiæ Typographi. MDCLXXXII.

11
1185.g.16
11
k

DEO
PRINCIPI
PATRIÆ
ET
PATRONIS.

Q. D. B. V.

PROOEMIUM.

Corporis noſtri ſyſtema inſtar machinæ eſt, quæ, dum vita eſt homini, ſemper; &, dum ſanitas, recte movetur. Videas hic proportionem & diſpoſitionem membrorum certam, figuram & conformationem aptam, ſtructuram convenientiſſimam, & omnia, quæ machinæ huic movendæ requiruntur neceſſaria. Quod enim in automato ſunt inquies, rotæ, & pondera, id in corpore noſtro ſunt cor, cerebrum, ventriculus, hepar, lien, & his inſervientes arteriæ, venæ, nervi, & ſexcenta alia. Verumenimvero, ſicut in automato vel granum unum ponderi additum, totum ejus ordinem invertere potens eſt, ita etiam in corpore humano, licet omnia optimè alias ſint diſpoſita, ſi quid vel minimum improportionatum irrepat, vah quas non patitur inordinationes! Vt reliqua taceam, quæ non in corpore monſtra producit dolor, ſit licet in ſolo digito; ſtatim tota machina irregularis evadit, nec oculi ſomnum capiunt, nec ventriculus cibum. Si dolor unius digiti hoc poteſt, quid non efficiet nobiliſſimarum partium dolor? Exemplo no-

[illegible]
[illegible] inquietudi-
nem circa præcordia anxietatem experiuntur, inquietudi-
ne, [illegible], frigore extremorum, ſudore circa frontem,
imo lipothymia [illegible] omnium [illegible]
in [illegible] dicta CARDIALGIA. *Affectus hic ſufficiet ad probandos effectus doloris, & nobis hac vice pro ſpecimine Academico. Cùm enim nobis, more in Lycæis ſolito, aperto Marte cum hoſte hoc manus conſerere indictum ſit, age audebimus, attendentes, ubi lateat, quas inſidias ſtruat & quomodo debellandus. Quod ut fiat feliciter, ſummum Numen ſummis devenerabimur precibus.*

THESIS I.

Cum initium doctrinæ ſit nominis conſideratio, effato Socratis, nos quoque noſtri affectus natales paucis inveſtigabimus. *Cardialgia*, vox origine Græca eſt, *ἀπὸ τῆς καρδίας [illegible]* dicta, & idem notat, quod *dolor cordis*. Ser vero Medico ſumitur pro *dolore ventriculi* (licet etiam inflationi hypochondriorum in infantibus hoc nomen tribuatur) & quidem *eo*, qui ſiniſtro orificio ejus accidit; non quod ſedes animæ in ventriculo cum Helmontio ſtatuenda ſit, ſed quod cum Monarcha corporis noſtri, Corde ſcil. maxima gaudeat excellentia, & multa affectibus Cordis ſimilia quandoque patiatur ſymptomata. Dicitur etiam *καρδιωγμός*, quæ vox tamen juxta *Galenum* 4. *Aphor*. 65. crebram & celerem motionem cordis palpitationi ſimilem denotat. Vid. *Sennert. l. 2. prax. part. 4. c. 4. Rolfinc. l. 3. c. 3. Epitom. cognoſc. & curand. affectus particulares*, Cardiogmum à Cardialgia diſtinguit ex ſymptomatum in illo præ hac intermiſſione, quæ citius in fugam vertantur. Poëta *Flaccus Cardiacam* vocat *lib. 2. Satyr. 3. v.* 161. quod nomen ipſi ſolum competere, ſi à veneno hauſto ſit, vult *Hercul. Saxonia*, ſi autem ab alia cauſa, Cardialgiam dicendam eſſe; ſed ſine fundamento. Taceo jam *Cordolium Plauti*, *ſtomachicam paſſionem* & *ſyncopen ſtomachicam Pauli Zacchiæ quæſt. medic. legal. lib. 7. tit. 2. quæſt. 2. num.* 23. quam ultimam tamen *Hoffmann. lib. 3. Inſtit.*

ſin. cap. 16. à Cardialgia diſtinguit. Germani appellant, *Hertz-weh / Hertzendrücken / Hertzens-angſt /* Belgi *Maag-pijn.*

I I.

Definitur *Cardialgia* quod *ſit triſtis ſenſatio orificii ſiniſtri ventriculi, à materia humoroſa & vaporoſa, ventriculum lancinante & continuum ſolvente. Generis loco* ponitur *triſtis ſenſatio*, ſymptoma actionis læſæ & quidem depravatæ. Cum enim triſtis ſenſatio aliquid p. n. ſit; omne autem p. n. triplici includatur ordini, facilè patet, morbum non poſſe dici, cum ab alia cauſa accidat; nec cauſam, quia eſt effectus heterogenei iſtius vellicantis; ergo reliquum eſt, ut ſit ſymptoma & quidem actionis læſæ in facultate animali. Licet enim quis objicere poſſet, actiones ventriculi pertinere ad facultatem naturalem, ventriculum autem, dum patitur, manere ſubjectum coctionis & facultatis naturalis; tamen cum certum ſit, ſenſum & motum facultati animali tribui, etiam certum erit, triſtem hanc ſenſationem facultati animali depravatæ eſſe adſcribendam. Taceo quod facultas naturalis à nonnullis ſub animali concludatur.

I I I.

Cum autem non omnis triſtis ſenſatio ſit Cardialgia, propterea in definitione additur, *ſiniſtri orificii Ventriculi triſtis ſenſatio*, quæ verba tam *differentiam* ſpecificam, quam *ſubjectum ſymptomatis* innuunt. Notanter autem dicitur, *orificium ſiniſtrum*, non autem *ſuperius*. Notum enim ex anatome, utrumque orificium fere eundem habere ſitum è diametro elatiorem, ita ut nec dextrum præ ſiniſtro, nec hoc præ illo ulla notabili prærogativa gaudeat, hinc ut autores accuratius dicerent, maluerunt appellare ſiniſtrum quam ſuperius. *Subjectum* autem cum duplex ſit, *ut quod*, & *ut quo*, dicimus, *ſubjectum* ut *quod* eſſe *totum* ſiniſtrum *orificium ventriculi*, ſubjectum vero *ut quo*, plexum ejus nerveum.

I V.

Antequam jam in cauſas inquiramus, è re fore arbitror, ſi pauca quædam de *ſenſu* præſuppoſuero, ut eò melius in cauſarum indagatione & hinc ſequenti curatione progredi queamus. Præſuppoſito igitur 1. *Partes membranoſas omnem in corpore noſtro dijudicare tactum, ejuſque genuinum eſſe organon primarium; adæquatum vero Cutim.* 2. *Partes eo magis eſſe ſenſiles, quo magis fibrillæ nerveæ & membranæ in illis expanduntur.* 3. *Spiritus animales ſenſum tactus vigorare,*

& ubique craſſa eſſe ; 3. omnes corporis partes nervoſas, vix hic [illegible] nullum nec ſenſum nec motum ſupereſſe. 4. Omne proportionatum ſuaviter afficere nervos & titillationem inducere. Contra vero 5. Omne ſenſile excellens lædere ſenſum, ſeu omne improportionatum, violentum, nimis mobile ſive intrinſecus ſive extrinſecus membranas efficiens dolorem ſeu perceptionem moleſtam creare. 6. Orificium ventriculi ſiniſtrum nervorum paris vagi vel ſexti plexibus inſignibus, imo quodam quaſi reticulo, quo totus ejus ambitus obducitur, eſſe dotatum. vid. Willis Pharmacop. rat. part. 1. ſect. 1. c. 2. p. m. 20. 7. Eſſe in corpore noſtro ξύῤῥοια μία, ξύμπνοια μία & συμπάθεια πάντα. Hinc facile nobis patebit, quo pacto in hoc affectu dolor progeneretur, & unde ſymptomata ortum ſuum trahant, & quomodo utrique medendum.

V.

Quod itaque *cauſas* attinet, liceat nobis eas diſtinguere more Medicis uſitato, in *immediatas* & *mediatas*, *eaſque proximiores* & *remotiores*. *Cauſa immediata eſt ſolutio continui* à ſubjecto lancinante & vellicante oriunda. Simulac enim aliquod improportionatum nervis occurrit, neceſſe eſt, ut, cum maxime ſenſiles ſint, ſtatim triſtis ſenſatio inde producatur, non aliter, uti *ſpina infixa* dolorem excitat graviſſimum. In orificio itaque ventriculi cum copia nervorum adſit, facile qua data porta, vitioſi humores in illud irruunt, & propugnaculum hoc oppugnant.

VI.

Interim cum non ſufficiat hæc dixiſſe, incumbet nobis probare, cauſæ hujus immediatæ, nempe irritationis dari alias *cauſas mediatas*, quæ aptæ natæ ſint, tam atrociter in noſtra viſcera furere. Ex horum numero primas tenent *ſanguis* & *ſerum*, ceu *principia hypoſtatica noſtri corporis*. Quæ enim de bile, pituita, melancholia & proprie ita dicto ſanguine vulgo leguntur, nos jam non curabimus, cum ſciamus, *ſanitatem noſtram variare pro diverſo ſtatu horum duorum humorum*, & *præter* hos *duos in corpore noſtro nullos* dari, *niſi* ab his *ſeparatos* & *antea productos*.

VII.

Quando itaque autores accuſant intemperiem, illam eatenus veram eſſe admittimus, quatenus maſſa noſtra ſanguinis, vel in humiditate ſeri deficit, unde intemperies ſicca, vel quando cum defectu humiditatis prædominatur aciditas, unde melancholia, vel quando cum exceſſu humiditatis ſulphur ſanguinis deprimitur, unde

in-

intemperies humida, vel quando cum exceſſu ſulphuris ſanguinis aciditas & terreſtreitas combinatur, unde intemperies atrabilaria. *Quicquid igitur ad productionem alicujus* morbi *aliquid conferre poteſt*, *id omne cauſæ nomen meretur*. vid. Excellent. Wedelius theor. medic. part. 2. ſect. 2. §. 1. Hinc non ſolum in noſtro affectu conſiderandæ erunt cauſæ domeſticæ ex ſero & ſanguine, ſed etiam foris advenientes ex *rebus ſex non naturalibus*, *quæ mediatarum remotiorum* titulum ſuſtinent.

VIII.

Cauſas itaque *domeſticas* quod attinet, ex ſero & ſanguine petendas, illæ ſunt vel *humoroſæ*, vel *vaporoſæ*. *Humoroſæ* ſunt *bilis*, *pituita* & *melancholia*. Per *bilem* intelligimus *particulas ſalinas alcalicas volatiles*, vigorem & calorem noſtro corpori largientes. Hæ particulæ, quando adhuc ſub jugo & in conſortio reliquarum noſtrum corpus conſtituentium particularum degunt, non poſſunt non corpori noſtro maximum afferre emolumentum: ſed cum beneficio circulationis ſanguinis, partes mobiles, quales hæ ſunt, quotidie & quavis hora, ſeipſas movendo, mobiliores fiant, hinc benigna mater natura, certa his particulis ordinavit excernicula, ne rerum potitæ, multas, exitioſaſque in corpore turbas excitarent, reliquaſque ſub jugum mitterent. Hinc igitur in hepate per porum cholidochum & veſiculam bilariam à glanduloſo hepatis ſubſtamine ſeparantur & amandantur, ut unà cum fæcibus, inteſtina ſtimulando iterum eliminentur. Sed quid fit? particulæ hæ refractariæ, dum ad clavum Reipubl. microcoſmicæ hactenus ſederunt, jam in ſentina locum non affectant, hinc ſeditionem movent, & in ventriculum irrumpendo, magnas turbas excitant, hinc totius microcoſmi perturbationes, cum hoſtis mœnibus inſtat, hinc totius naturæ copiæ in anguſtum coguntur.

IX.

Veritatem hujus aſſertionis ſi quis deſiderat, ecce dabimus, uno exemplo, quod erit inſtar omnium. Narravit olim Excell. Drelincourt in prælectionibus ex Anatome Celeberrimi Varandæi, Medici Monſpelienſis innotuiſſe, porum cholidochum ipſi, non ut in reliquis hominibus ſolet, ſub finem duodeni fuiſſe inſertum, ſed in ipſum ventriculum, hinc dicebat, virum iſtum doctum tot ſymptomata ſæpius paſſum, ut jamjam ſibi moriendum præ anxietate & dolore putaret: Aſſumtis itaque caricis pinguibus & ſuper-

ſuperbibito hauſtu aquæ calidæ ſemper cum excrevit [illegible] copiam bilis, unde poſtea ad tempus inducias ab hoc hoſte [illegible]rit. Similia exempla legi poſſunt apud Veſalium, Fernelium, Caſſerium.

X.

Si alios autores conſulimus, eadem nobiſcum aſſerentes audiemus, & pleni de his ſunt practicorum libri. Ex pluribus tria addemus: *Galenus* πικροχόλους, id eſt, amaræ bilis homines vel bilioſos facile cardialgia tentari aſſerit *lib.* 8. *method. med. c.* 2. Similiter *Cardanus* refert ſe in patricio curaſſe periodicam talem bilioſam Cardialgiam. *Curat. admir.* 26. Quod *Nervæ Imperatori* ab ira acciderit è regurgitatione bilis, lector ex *Quercetani diætet. polyhiſt.* poterit legere. Imo Romanæ eloquentiæ Parens Cardialgicus l. 14 *Epiſt. familiar. ep.* 7. refert ſe χολὴν ἄκρατον noctu cum levamine ejeciſſe.

XI.

Secundo loco ſtat *Pituita*, quæ nobis nihil aliud quam *ſerum coagulatum* dicitur, cui noſter affectus non ultimum ſui ortus debet natalitium. Velim autem ne Lector B. per pituitam hic abſtractive intelligat ſerum, ſed ſerum in concreto, coagulatum; & quidem ab aliquo coagulante; ſerum enim qua tale neſcit producere tam horrenda in corpore noſtro ſymptomata, ſed combinatum cum aliqua heterogeneitate, quales jam deſcribemus. Cum effato *Hippocratis* in corpore noſtro non ſolùm, calidum, frigidum, humidum, ſiccum, ſed & amarum, acerbum, auſterum, ſalſum & ſexcenta alia reperiantur, hinc non adeò difficile erit probare, qua ratione in corpore noſtro pituita poſſit cardialgiæ cauſa dici.

XII.

Dicimus igitur ex hypotheſi, *ſalſa, acria, acerba & auſtera omnium* optime *ſub pituita larva latere poſſe*. Dum enim ſerum omnium humorum Tincturas facile imbibit, ſalſa autem &c. apta nata ſunt ſe inſinuandi in poros aqueos, hinc facilis eſt concluſio, qua ratione dici poſſit pituita cauſa Cardialgiæ; quando enim tale exceſſivæ qualitatis ſerum ad glandulas ventriculi defertur, facile morſicando & lancinando ſpiculis ſuis plexus nerveos impetit, hinc dolor.

XIII.

Reſtat *melancholia.* Appellatur illa nobis *ſtatus iſte ſanguinis, ubi*

cum

[illegible] particulis acidis, dicta [illegible]. Quando igitur à veteribus & præſertim *Galeno* cum *aceto* vel *fæce* vini comparatus eſt, non multum eos aberraſſe dicendum. Hæc ita dicta melancholia jam ſub variis ludit larva, hæc lerna multorum malorum & mater graviſſimorum ſymptomatum rectiſſime audit. Qui de hoc dubitat, adeat ſaltem ſcorbuticos, & hypochondriacos, videbit ibi acerbiſſimos ventriculi dolores, & immaniſſimos vomitus, ſæpe adeo acres, ut in gypſum vel terram delapſi effervescentiam excitent. Effervescentia hæc teſtatur de aciditate; vel ſi hoc non placet, is ſaltem acrimoniam dicat, quæ vomitum & dolorem vellicando faciat. Et hæc ſufficiant de triga hoſtium domeſticorum ab una parte.

X I V.

Ab altera parte ſequitur *materia flatulenta & vaporoſa.* Unde flatus excitentur, an à calore debili vel forti, non attinet quærere; interim hoc certum eſt, quod calor ſuo modo non ultimas ferat, licet ſolus flatus producere non ſufficiat, ſed requiritur ſubjectum inhæſionis aptum. Certum interim eſt, *omnis fermentescibilis bullas excitare*, quod cuilibet experiri licet, ſi dolia vini & cerviſiæ fermentantia adeat. Quando itaque dicimus flatus progenerare Cardialgiam, putamus, B. L. videre, nos non hic nova Entia velle fingere, ſed præſupponere certam materiam ex qua. Jam cum triga antedictorum humorum reſoluta in minimas atomos non poſſit non, inſinuando ſe in poros membranarum & nervorum, has chimæras fingere, proinde pluribus de his agere, ſuperſedemus.

X V.

Sicut autem mali corvi malum ovum, & mali ovi malus corvus, ita quoque in noſtro affectu accidit. Cauſarum proximiorum effectus minime erat bonus, videamus ergo cui ovo hi pulli natales ſuos debebant. Id intelligemus, ſi *remotiores cauſas* conſiderabimus, Medicis *naturales* & *non naturales* dictas. Inter naturales agmen ducit *temperamentum*, claudit agmen *ætas*: dextrum cornu tenet *habitus corporis*, ſiniſtrum *ſexus*. *Temperamentum* à temperando dictum, ſaltem dicit *modificationem ſeri & ſanguinis.* Et ſicut olim veteribus dicebatur ex quatuor primis qualitatibus ortum, & ex harum reciproca miſtione & conjunctione reſultans, ita hodie ſanguineum dicitur, in quo ſerum & ſanguis ſe quantitate & qualitate optime tempe-

ſuperbibito hauſtu aquæ calidæ ſemper cum excrevit [illegible] copiam bilis, unde poſtea ad tempus inducias ab hoc hoſte [illegible]rit. Similia exempla legi poſſunt apud Veſalium, Fernelium, Caſſerium.

X.

Si alios autores conſulimus, eadem nobiſcum aſſerentes audiemus, & pleni de his ſunt practicorum libri. Ex pluribus tria addemus: *Galenus* πικροχόλους, id eſt, amaræ bilis homines vel bilioſos facile cardialgia tentari aſſerit *lib.* 8. *method. med. c.* 2. Similiter *Cardanus* refert ſe in patricio curaſſe periodicam talem bilioſam Cardialgiam. *Curat. admir.* 26. Quod *Nervæ Imperatori* ab ira acciderit è regurgitatione bilis, lector ex *Quercetani diatet. polyhiſt.* poterit legere. Imo Romanæ eloquentiæ Parens Cardialgicus l. 14. *Epiſt. familiar. ep.* 7. refert ſe χολὴν ἄκρατον noctu cum levamine ejeciſſe.

XI.

Secundo loco ſtat *Pituita*, quæ nobis nihil aliud quam *ſerum coagulatum* dicitur, cui noſter affectus non ultimum ſui ortus debet natalitium. Velim autem ne Lector B. per pituitam hic abſtractive intelligat ſerum, ſed ſerum in concreto, coagulatum; & quidem ab aliquo coagulante; ſerum enim qua tale neſcit producere tam horrenda in corpore noſtro ſymptomata, ſed combinatum cum aliqua heterogeneitate, quales jam deſcribemus. Cum effato *Hippocratis* in corpore noſtro non ſolùm, calidum, frigidum, humidum, ſiccum, ſed & amarum, acerbum, auſterum, ſalſum & ſexcenta alia reperiantur, hinc non adeò difficile erit probare, qua ratione in corpore noſtro pituita poſſit cardialgiæ cauſa dici.

XII.

Dicimus igitur ex hypotheſi, *ſalſa, acria, acerba & auſtera omnium* optime *ſub pituita larva latere poſſe.* Dum enim ſerum omnium humorum Tincturas facile imbibit, ſalſa autem &c. apta nata ſunt ſe inſinuandi in poros aqueos, hinc facilis eſt concluſio, qua ratione dici poſſit pituita cauſa Cardialgiæ; quando enim tale exceſſivæ qualitatis ſerum ad glandulas ventriculi defertur, facile morſicando & lancinando ſpiculis ſuis plexus nerveos impetit, hinc dolor.

XIII.

Reſtat *melancholia.* Appellatur illa nobis *ſtatus iſte ſanguinis, ubi*

cum

[illegible] Quando igitur à veteribus & poſterioribus Galeno cum aceto vel *fæce* vini comparata eſt, non tantum eos aberraſſe dicendum. Hæc ita dicta melancholia jam ſub variis ludit larva, hæc lerna multorum malorum & mater graviſſimorum ſymptomatum rectiſſime audit. Qui de hoc dubitat, adeat ſaltem ſcorbuticos, & hypochondriacos, videbit ibi acerbiſſimos ventriculi dolores, & immaniſſimos vomitus, ſæpe adeo acres, ut in gypſum vel terram delapſi effervefcentiam excitent. Effervefcentia hæc teſtatur de aciditate; vel ſi hoc non placet, is ſaltem acrimoniam dicat, quæ vomitum & dolorem vellicando faciat. Et hæc ſufficiant de triga hoſtium domeſticorum ab una parte.

XIV.

Ab altera parte ſequitur *materia flatulenta & vaporoſa*. Unde flatus excitentur, an à calore debili vel forti, non attinet quærere; interim hoc certum eſt, quod calor ſuo modo non ultimas ferat, licet ſolus flatus producere non ſufficiat, ſed requiritur ſubjectum inhæſionis aptum. Certum interim eſt, *omnia fermenteſcibilia bullas excitare*, quod cuilibet experiri licet, ſi dolia vini & cerviſiæ fermentantia adeat. Quando itaque dicimus flatus progignere Cardialgiam, putamus, B. L. videre, nos non hic nova Entia velle fingere, ſed præſupponere certam materiam ex qua. Jam cum triga antedictorum humorum reſoluta in minimas atomos non poſſit non, inſinuando ſe in poros membranarum & nervorum, has chimæras fingere, proinde pluribus de his agere, ſuperſedemus.

XV.

Sicut autem mali corvi malum ovum, & mali ovi malus corvus, ita quoque in noſtro affectu accidit. Cauſarum proximiorum effectus minime erat bonus, videamus ergo cui ovo hi pulli natales ſuos debeant. Id intelligemus, ſi *remotiores cauſas* conſiderabimus, Medicis naturales & non naturales dictas. Inter naturales agmen ducit *temperamentum*, claudit agmen *ætas*: dextrum cornu tenet *habitus corporis*, ſiniſtrum *ſexus*. Temperamentum à temperando dictum, [illegible] *modificationem ſeri & ſanguinis*. Et ſicut olim veteribus dicebatur ex quatuor primis qualitatibus ortum, & ex harum remiſſione & conjunctione reſultans, ita hodie ſanguineum dicimus, in quo ſerum & ſanguis ſe quantitate & qualitate optime tempe-

rant: Cholericum, in quo ſulphureæ ſeroſis blandis [illegible] Melancholicum, quando ſulphureæ obtunduntur à ſero nimis blando; Pituitoſum, quando ſeroſæ abundant, ſubjugatis ſulphureis, balſamicis. Vid. *Wedel. theor. Medic. Part.* 1. *Sect.* 3. Nos jam his non immorabimur, cum jam tum de hoc ſupra actum ſit; dicimus ſaltem bilioſum & melancholicum temperamentum maxime velificare Cardialgiæ, & in cenſu cauſarum rectiſſime accuſari.

X V I.

Inter *ætates* maxime eminet *Juvenilis & Virilis*. Eſt hæc aptiſſima rebus gerendis, hæc viribus pollet, hæc lacertis & manibus valet; ſed quamvis robuſtiſſima ſit, tamen adverſus domeſticos hoſtes nulla novit arma, ſed illos quotidie ceu anguem in ſinu fovet. Nulla enim ætas magis febribus omnis generis, magis noſtro affectui eſt apta, quam jam dicta, in hoc enim ferociunt humores & multa gravia ſæpe intentant.

X V I I.

Si *ſexum* reſpicimus, *virilis* præ *ſequiori* ſæpius afficitur, quamvis & muliercularum cohors ſuos patiatur manes, præſertim quando menſtruales rivi proni relabuntur arduis montibus: vel clarius, quando menſes ſtagnant & ad *Cor* regurgitant. Addimus *habitum corporis*. Hic enim ſi *nimis ſtrictus*, & tranſpiratio non bene ſuccedat, neceſſe eſt, ut exhalationes Sanctorianæ tantâ copiâ alias evolare ſolitæ, reſtagnent, & dum exitum quærentes non inveniunt, ſeditionem moveant, & carceris ſui vindictam ſumant.

X V I I I.

Alteram ſtatuam cauſarum mediatarum remotiorum conſtituunt Res *ſex non naturales* vulgo dictæ. Ex iis nos ægrotare ex quibus vivimus, vulgaris eſt parœmia & quidem vera. Quod ut eò melius appareat conſiderabimus 1. *Aërem*. In aëre latere *occultum vitæ cibum* & *verum vitæ balſamum* non ſine ratione aſſerere videtur *Tackius* de *Q. E. Vini*. Aſſertionem hanc probat *Lowerus tractat. de Corde* variis modis, quem vide. Interim, ſit licet, ut abſque aëris uſura ne momentum ſupereſſe queamus; tamen aër multa corpori noſtro infert mala. Quantum noſtrum thema attinet, dicimus *aërem* nocere, vel quatenus nimis rarefactus à calore, vel nimis condenſatus à frigore, vel nimis madefactus ab imbre, vel nimis torrefactus à Sole & flamine. *Rarefactus* peccat *inſpiratione* & [illegible],

quando

[illegible] ab intus per pulmones, vel ab extra per poros allabitur, & ſanguini communicatur. Vim ejus rarefactoriam jam laudatus *La-[illegible]* eleganter demonſtrat. Vice verſa, ſi nimis eſt *frigidus*, poros condenſat & tranſpirationem prohibet, unde reſtagnatio particularum heterogenearum facile nervos irritantium in corpore propullulat.

Accedit ſi *humidus ſit & frigidus*; tunc enim atomi aqueæ, craſſæ, & lentæ, reſpirando aſſumtæ, non bene iterum eliminantur, ſed qualitates ſuas corpori communicant. *Siccus* adurit in corpore humores, & poros rarefaciendo, ſanguinem attenuando & tranſpirationem promovendo, roridum nectar ſanguinis abſumit, unde reliqua maſſa ſanguinis acrior facta, facile noſtro malo anſam ſuppeditat.

X I X.

Secundum locum obtinent *cibus & potus*. Peccat uterque *quantitate*, *qualitate* & *modo utendi*. Exceſſus 1. in *quantitate* exempla habet *Platerus lib. 2. obſ.* de puero famelico, panes albos nimis avide vorante, unde tantos dolores ventriculi paſſus eſt, ut fere animam ageret. 2. In *qualitate* peccavit piper apud *Vidum Vidium de curat. membrat. lib. 9. c. 8.* zingiber item nimis aſſumtum. Eſus item beccabungæ antiſcorbuticæ plantæ apud *Plater. in obſerv.* Sic mercator Delphenſis à pota vini Romani pintâ unâ cum ℥ij. pulveris gran. Paradiſi pro leniendo dolore ventris, ventriculi dolorem paſſus eſt referente *Foreſto obſ. 24. lib. 18.*

Allium & cepæ apud *Platerum* ut & *Foreſtum obſ. 21. l. 18. in ſchol.* ſunt infames. Præ primis attendi merentur lacticinia, cum acetariis aſſumta, ex quibus tragica exempla obſervat *Heinricus ab Heer. obſ. 15. & Foreſt.* in fœmina quadam. A caſeo recenti obſervavit *P. Ioh. Faber curat. morbor.* 38. Melones quatuor imperatores internecioni dederunt, ut habet *Cuſpinianus*. Poſt Perſicorum uſum in ſene cardialgiam lethalem notavit *Schenkius in obſerv.* Sic ab ovis frixis in Viro Patricio lethalem natam Cardialgiam novimus. Non omittendi ſunt fungi, lethiferum quandoque ferculum, quorum uſu integras familias deletas memorat *Pergamenus lib. 7. de med. ſimpl. facult. & Plinius lib. 22. c. 13.* unde recte Poëta

Boleti lethi cauſa fuere mei.

Medicamenta quoque ſæpius, dum minus recte adhibentur, fiunt nocumenta. Exemplum ejus memini me aliquando ab Excellentiſſ.

 Wede-

[illegible] Comitis de [illegible] balſami [illegible] uſu obſervavit D. *Caſp.* [illegible] *narr. pag.* 3. Sic ab eſu angelicæ ſylveſtr. cardialgiam [illegible] notavit *Foreſt. lib.* 18. *obſ.* 23. *in ſchol.* Poſt medicamentum antimonialem habes *Sylvat. cent.* 2. *obſ.* 73. Mercurius vitæ quomodo Sereniſſimo Principi de Radzivil propemodum factus ſit Mercurius mortis vid. apud *Eundem. cent.* 6. *obſ.* 23. Venena quod ſæpius hujus affectus cauſa ſint, quotidiana teſtatur experientia, & paſſim talibus exemplis referti ſunt Practicorum libri. 3. In *modo edendi*, hujus exemplum legitur apud *Roder. à Caſtro tractat. quæ ex quibus lib.* 1. *c.* 21. præſertim ſi cibi ingerantur priori nondum cocto. *Vide Hippocr. de rat. vict. acutor. l.* 22. Interim quando hypochondriaci jejuni hoc affectu corripi ſæpius obſervantur, alii autem poſt ſumtum cibum laborent, id omne ſtatui fermenti ventriculi ab una parte, & qualitati ciborum ab altera eſt adſcribendum.

K K.

Potus ſi nimius ſit vel flatulentus, recens, non bene defæcatus, uti Colicæ ita etiam Cardialgiæ cauſa exiſtit. Sic à nimio potu vini rubri recentis & cerevisiæ craſſiſſimæ cum pulvere zinziberis & ſacchare, graviſſimam obſervavit Cardialgiam *Foreſt. obſ.* 22. *l.* 18. Obiter hic notamus, omnia illa quæ *Colicam* excitare valent, *eſſe etiam Cardialgiæ procreatrices.* A vini Hungarici generoſi longiori potu in Mareſchallo Poloniæ obſervavit *Capivaccius*, vid. *Scholtzium Conſil.* 44.

K L.

Somnum & vigilias, motum & quietem uni includemus paragrapho. In ſomno cum quies adſit, & remiſſio actionum animalium, hinc facile patet, quod colligendis excrementis utraque apta ſint; dum enim motus ſpirituum animalium nonnihil remittitur, etiam ſanguinis circulatio tardius procedit, hinc cruditates colliguntur, humores lenteſcunt &

vitium ſapiunt [illegible] *aquæ.*

Contra vero, quando cum vigiliis nimius adeſt motus, tunc facile roridum balſamum ſanguinis abſumitur, diſſipatur & foras amandatur, humores ex motu commoventur, ſicut id de fratre ſuo teſtatur *Foreſtus*, qui quoties aliquo vehementiori exercitio uteretur, vel jejunium paulo diutius toleraret, & præſertim cum curru veheretur, in CARDIALGIAM incidebat. *obſerv.* 4. *l.* 18. Sanguinis

nis

nis enim ebullitio ex motu, & ex ebullitione acrimonia generata, architectus noſtri labyrinthi.

XXII.

Inter *excreta* & *retenta* numeranda veniunt *fæces alvi*, *bilis*, *urina*, *ſudor* & ſuo modo *Sanguis* & *Semen*. *Alvi fæces* nimium & nimis diu retentæ, quantum damnum afferant teſtatur *Hippocr. 6. Epidem. ſect. 3. tit. 1.* quando ſcribit, ventris torpor omnium perturbationem, & vaſorum impuritatem affert. Contra vero quando humores nimium ſunt evacuati etiam quandoque progerminat, uti id obſervavit *Excellentiſſ. Wedelius* in dyſenteria, quamvis & hujus affectus alia poſſet dari cauſa. Urina cum impuritates multas foras eliminet, merito dimius retenta venit accuſanda. Quid *bilis* poſſit jam tum ſupra dictum eſt. *Sudor* & *tranſpiratio* impedita quantum noceant *Alexander M. apud Curt. lib. 3.* teſtari poteſt, ex balneo aquæ frigidæ tantum non internecioni datus. *Menſium ſuppreſſionem* jam ſupra tetigimus. A *Semine* nimis excreto habet *Valeſ. in Epid. Hippocr. ſect. 3. ægr.* 10. A nimia *evacuatione ſanguinis* per V.S., nondum purgato corpore obſervat *Hildan. obſerv. Chirurg.* 22. *centur.* 4.

XXIII.

Animi [illegible] id nobis præſtantia, quod ventus navigio, concitando nimis ſanguinem ut in ira, vel inhibendo ut triſtitia, non parum ad noſtrum affectum contribuunt. Iratos jam præterimus, ne ſæpius laceſſendo bilem ipſis de novo moveamus; ſatis enim eorum laudes ſupra decantavimus. Melancholicos tantum tangimus, qui triſtitiæ & mœroris tenebris involuti inſtar ſpectri incedunt; hi facile, augendo excrementa ſanguinis, ab hoſte noſtro invaduntur, ſicut *ex mœrore* ob amiſſum proceſſum judicialem Cardialgiam Feliciſſimus obſervat *Platerus lib. 2. obſervat.*

XXIV.

Sicut autem plerumque nulla calamitas ſola, ita etiam cum cardialgia comparatum eſt. Generat illa ſæpius horrenda ſymptomata, nec raro ab aliis generatur. Aſſociat ſe multis affectibus, quos, ut breves in his enarrandis ſimus, paucis tantum notabimus. A caſu ab alto notat *Foreſtus obſerv. 26. l. 18.* A tumore ſcirrhoſo ventriculi *Sylvaticus cent. 2. conſ. 73.* à reſolutione œſophagi *Solenand. Conſ. Med. ſect. 5. conſ. 16.* A cartilaginis enſiformis prolapſu *Platerus & Barbette anat. pract. lib. 4.* ut & *Guilhelm. Piſo de Med. Braſil. lib. 2. c. 6.* qui refert prolapſum hunc Braſilienſibus fere

eſſe Endemium, & hinc quoque cardialgiam Endemiam [illegible] tam benignis quam malignis frequentiſſima eſt, præſertim ſub acceſſione paroxyſmi, tunc enim humores turbati & ebullientes etiam hanc partem irruunt corporis. Cauſam hujus triplicem aſſignat *Augenius de febb. lib. 7. c. 27.* una eſt inordinata victus ratio, ſecunda, flava bilis, tertia, ſpiritus ſylveſtres ſeu flatus. Cardialgiæ malignæ exempla paſſim in ſcriptoribus λοιμικοῖς leguntur, inter quos excellit *Diemerbr. tract. de peſt. c.* 14. A pleuritide ſpuria *Riverius* habet *in praxi.* An malo hypochondriaco etiam adſocietur, nequidem attinet quærere cum illud ceu lerna multorum malorum, nequaquam ab hoc magno malo ſit immune. In ſcorbuticis quid poſſit, legi poteſt apud *Drawitzium.* Taceo melancholiam hypochondriacam, ſatis flatulentam & impuram. A lue Venerea obſervat *Amat. Luſitan. curat.* 72. *cent.* 2. & *Ruland. de morb. Hungar. c.* 2. qui etiam non dubitat aſſerere, cardialgiam eſſe ex diagnoſticis hujus mali. Et quis ſufficiet enarrando omnes morbos quibus hoc noſtrum Symptoma comitem ſe præbet?

X X V.

Antequam ad differentias delabamur, paucis examinabimus Symptomata, noſtrum affectum comitantia. Obſervantur potiſſimum *inquietudo*, *jectigatio*, *diſplicentia ſui*, ἀφύδρωσις, *lipothymia*, *pulſus depreſſus*, *reſpiratio* quaſi *ſublimis.* Ut eo melius in his explicandis procedamus, repetendum eſt, quod ſupra §. 4 dictum eſt, eſſe ſc. in corpore noſtro, *confluxum unum*, *conſpirationem unam; conſentientia* denique *omnia.* Hoc poſito, dicimus unicam, eamque ſatis prægrandem cauſam omnium ſymptomatum, quærendam eſſe in *ſpirituum animalium inordinato motu*, & conſenſu nervorum ventriculum allabentium, qui ſicut omnibus dat, ita etiam ab omnibus recipit maris ad inſtar, notante *Schenkio lib.* 3. *Inſtit. ſect.* 5. *art.* 2. §. 18. In ſtatu naturali inſtar rivuli ſuaviter præterlabentis amicabilem ubique ſervant ordinem, ſimulac vero ab hoſte aliquo impetuntur, ſtatim ad arma ad arma clamatur. Hinc quodlibet ſtationem ſuam deſerit, & inſtar navis procellis undique obrutæ vix præ anxietate neſcit quæ ſcit. Proinde cum omnium humorum inordinatus fiat motus, pulſus etiam fit celerior, motus ſpirituum animalium concitatior, dum undique illidunt & cum impetu irruentes dum reciprocantur, neſcio quàm vapulant. Hinc corporis noſtri inquies celerius movetur, hinc anima, aliàs ἀπαθὴς etiam de damno

no

ne participes; hinc nonnunquam Eclipſes patitur microcoſmus, hinc lipothymiæ accidunt, hinc ſudores profluunt, quaſi aggere rupto; dum enim pluribus intenti ſunt ſpiritus animales, minor eſt ad ſingula ſenſus; non curant alias partes; modo ipſi conſerventur, hinc jectigatio, ut ægri ſæpe ipſi neſciant, quid ipſis ſit moleſtum.

XXVI.

Sed ne quid nimis. Dicendæ nobis adhuc ſunt *differentiæ Cardialgiæ*, proinde filum abrumpendum. Variat itaque Cardialgia ratione *doloris* & *vehementiæ*: dolor enim quandoque eſt *obtuſior*, quando nempe ſpicula mordacia aliquo involucro obteguntur, quandoque *mordacior* & *pungens*, ut ægri quaſi cultro ſe transfoſſos putent, & hic eſt omnium vehementiſſimus; vel, uti *Foreſtus* loquitur *lib.* 18. *obſ.* 20. in *ſchol. dolor* alius eſt *gravans, extendens, pungens, corrodens.* Ratione *temporis* & *durationis* alia eſt *recens*, alia *antiquior*, alia *nocturna*, *quæ periculoſior*, alia *diurna*, alia *continua*, alia *intermittens* & *periodica.* Alia *ſimplex*, alia *conjuncta* cum alio morbo, ceu tales obſervat *Scholtzius conſ.* 32. *Mercurialis tom.* 3. *conſ.* 100. Cum aſthmat. *Ruland. lib.* 3. Ratione *ſubjecti* alia *eſſentialis*, alia *per conſenſum*, ut in dyſenteria. Ratione *cauſarum*, ubi tot ſunt quot differentiæ cauſarum.

XXVII.

Cum autem non ſufficiat ſcire & enumerare poſſe omnes cauſas Cardialgiæ, niſi quoque cognoſcas & verè ſcias ægrum aliquem hoc malo correptum, propterea ſigna, quæ *lingua morborum Schenkio* dicuntur, bene ſunt attendenda, quæ vel ſunt *diagnoſtica* vel *prognoſtica. Diagnoſtica* dicuntur & ſunt, quæ morbi eſſentiam declarant. Sunt autem illa *duplicia* vel *propria* vel *communia. Propria* per quæ noſter affectus ab aliis diſtinguitur, ſunt præprimis *in ſiniſtro hypochondrio* & *ſcrobiculo cordis dolor acutiſſimus & lancinans. Communia* & *conſequentia* ſunt ex triga ſymptomatum petenda, ex *actionibus* ſcilicet *læſis*, *excretis* & *retentis* & *qualitatibus mutatis.* Actiones læſæ vitales ſunt pulſus celer, lipothymia, anxietas cordis. Animales ſunt dolor capitis, pavores, vigiliæ. Excreta per Urinam ſunt bilioſa, madet frons, vomitus quandoque inſtat. Qualitates mutatæ adſunt in colore faciei, dum illa pallet, labia liveſcunt, & extrema frigent.

XXVIII. Si-

XXVIII.

Signa diagnoſtica preſſo pede ſequuntur *prognoſtica*. Simul ac enim æger à Medico intelligit, quali morbo laboret, ſtatim ſcire deſiderat, an ſit evaſurus nec ne. Proinde cum tanti interſit ſcire futura, nos quoque ex triplici prognoſticorum fonte eventum noſtri morbi eruemus. Primus fons eſt ſignorum *ſalutis & mortis*. De hoc dicimus; uti omnis dolor ventriculi periculoſus, ita orificii ſiniſtri periculoſiſſimus, tum ratione ſui ipſius, tum ratione ſymptomatum facile illum inſequentium. Variat tamen metus mortis prout dolor eſt acutus vel non. Variat quoque ratione ſymptomatum; quando enim cum lipothymia torquet, ſpes magis decollat, quam ſi vires adhuc ſibi conſtent. Quid de frigore extremorum ſit judicandum, videre licet apud *Hippocrat. 7. aphor.* 26. Variat præterea ratione cauſæ, quæ quo contumacior, eo morbus periculoſior, & contra. Omnium tamen periculoſiſſima eſt ab inflammatione, quæ cognoſcitur ex ſyncope, vomitu, convulſionibus & aliis. Secundus fons eſt *temporis eventus*, vel longitudinis & brevitatis. Cum igitur affectus noſter ſit ex numero acutorum, citius expoſtulat opem, alias de vita actum eſt, prout itaque medicamenta actuantur, ita etiam citius vel tardius vel non, ægrum reſtitutum iri pronunciandum. Tertius fons eſt *modi eventus*. Terminatur ad ſalutem, vel ſuppuratione, vel tranſmutatione in alium morbum vel evacuatione Critica, qualis illa tandem ſit. Ad mortem vero terminatur, quando ſymptomata exacerbantur, vires deficiunt, frigus extremorum, ſyncope & motus convulſivi inſequuntur.

XXIX.

Ne autem hoc fiat, arma Medica ſunt aſſumenda, dirigendo illa ad *Indicationes*. Curatoriam nempe quæ morbo; præſervatoriam, quæ cauſis, & Vitalem, quæ parti affectæ debetur. Reſpectu itaque habito ad cauſam unde Cardialgia ortum traxit, remedia deſumenda ſunt ex *triplici fonte*, Chirurgico, Pharmaceutico & Diætetico. Ex Chirurgico fonte primum emanat Venæſectio, remedium verè heroicum & magni in Medicina uſus. De hac non immerito quæritur, an locum habeat? nos reſpondemus limitando, Habet locum quando Cardialgia eſt ab aliqua reſtagnatione ſanguinis v.g. hæmorroidum, menſium & excretione ſanguinis aliàs evacuari ſoliti impedita. Item quando febri

con-

conjungitur; in hac enim cum maxima ſit ebullitio ſanguinis, poſtulat ſaltem ut pars aliqua demàtur, quo reliqua maſſa liberius fluere poſſit, nec ullibi reſtagnet. Sunt tamen qui eam inſtituere dubitant, inter quos eſt *Claudin. reſp. med.* 9. ſed hos non curamus. Sufficiat ad probandam noſtram aſſertionem experientia expertiſſimi *Foreſti lib.* 18. *obſerv.* 4. qui in inflammatione ventriculi cum febre continua ſummo cum fructu ſecuit. Simile exemplum habet *Tenner lib.* 3. *obſ.* 1. de morbis abdom. qui refert ab aperta vena dolorem ventriculi inſtar incantamenti illico conquieviſſe. Adhibenda tamen eſt cum ſumma cautela. In reliquis caſibus ubi tantum cauſa morbi in primis latet viis, nihil proderit, cum & hoc pacto vires labefactentur, & morbo per hanc nullum inferatur decrementum. Hirudines, fonticulos & veſicatoria ſicco præterimus pede, liberum relinquentes unicuique ſibi eligendi quæ velit.

XXX.

Sed cum curatio Chirurgiâ raro abſolvatur, etiam ex reliquis fontibus petenda ſunt remedia. Quod igitur fontem *Pharmaceuticum* attinet, ſiſtit ille nobis duo genera medicamentorum, *Evacuantia* ſc. & *alterantia*. Nos ut ordinem ſervemus, contemplabimur utrumque quatenus ante dictis Indicationibus, Curatoriæ & Præſervatoriæ ſatisfacit & quatenus uſum habet, vel in, vel extra paroxyſmum. In Cardialgia itaque *biliosa*, quando *ab ira* vel *terrore orienda*, vel quando *venena* vel *medicamenta* vel *alimenta noxia* aſſumta ſunt, ſtatim evacuandum vel averruncandum quod ventriculo inſidet & hic virus ſuum vibrat, id quod omnium optime faciunt *Emetica*. Sic *D. Rolfincius* à propinato vomitorio vidit lac excretum, inſtar ſarciminis coagulatum. Taceo *Heurnium* ſupra jam allegatum, item *Amat. cent.* 1. *cur.* 73. Materia horum varia eſt, ſive enim ex regno minerali, ut antimoniata & Mercurialia deſumantur, ſive ex vegetabili, ut aſarum, raphanus, Ol. amygd. dulc. cum jure pulli, oxymel. & alia, perinde eſt, modo obſervetur, ne in doſi excedamus, & ut bene attendamus ex qua cauſa oriatur, & an æger ferat vomitum, aliàs incaſſum & damnum ægroti laboramus. Diligenter enim videndum, quid valeat natura, quid ferre recuſet, non enim omnia omnibus æque conveniunt. Obiter hoc addimus, infantes æque bene ac adultiores vomitoria ferre, quando lac in ventriculo coagulatum habent, quod ſtratagema à ſæpius laudato *Wedelio* nunquam ſine honore nominando, habemus; qui propinat

quartam, ſextam, imo octavam partem unius grani de Turiglio, unde obſervavit infantes excreto tali lacte coagulato ſtatim [illegible] & quaſi gratias pro auxilio egiſſe.

XXXI.

Secundo, Evacuant *Purgantia*, quæ itidem cum prudentia debent dirigi. Si enim vel à vermibus vel obſtructione viſcerum & materia aliqua, mobili præſertim, & ſtimulum efflagitante oritur, nulli dubitamus purgantia cum ſpecificis & appropriatis propinare. Sunt hæc trium generum, lenia, media & *drastica*, quorum formulas, cum paſſim apud autores legantur, nos hic non apponemus. Quando autem caſus datur ubi illa per ſuperius guttur tuto adhiberi nequeunt, per inferius tutius id nobis licebit & quidem per 3. *Clyſteres*: Accidit enim quandoque, ubi cum obſtructione alvi contumaciori & doloribus colicis, quandoque & nephriticis non licet tuto purgantia adhibere, ubi tamen clyſteres optime quadrant. Hi tamen variant, vel enim emolliendi vel diſſipandi vel ſtimulandi fine adhibentur, imo nonnunquam ſimul indicantur. Ex pluribus proficua ſunt in hunc uſum rad. alth. lil. albor. malv. cyclamin. polypod. herb. 5. emollientes; carminativa item, calaminth. origani, flor. chamæm. flor. lil. albor. ſem. fœnigr. lini, aniſ. fœniculi, aut quæ ſpecies cocta vel acuantur cum Electuariis officinalibus vel mitigentur paregoricis & lubricantibus. Non tamen omnia recenſita uni clyſmati ſunt neceſſaria, ſed licet his addere & demere pro lubitu. Et hæc ſufficiant dixiſſe de Evacuantibus in paroxyſmo. Extra paroxyſmum res adhuc felicius ſuccedit, nec tantis involvitur difficultatibus, id ſaltem notandum, quicum ſcopus Medico maximè eſſe attendendum, ut nempe citò, tutò & jucundè curet.

XXXII.

Quod ſi vero *Evacuantibus* nolit cedere hoſtis, etiam *alterum genus* ex fonte *Pharmaceutico* eſt aſſumendum, quod ſunt ALTERANTIA. Agunt illa in noſtro affectu vel *diſſipando*, vel *demulcendo*. *Diſſipandum* nempe eſt *miaſma* illud *bilioſum*, vel *acidum*, *mordicans* & *rodens*. Faciunt hoc 1. *Carminativorum claſſe*, *aromatica*, *penetrantia*, *ſulphureo-balſamica pollentia*, qualis eſt Eſſentia Carminativa Wedelii, ſpiritus carminativus Sylvii, medicamenta omnia ex Chamomilla, ut aqua, decoctum, & oleum deſtillatum ſaphirinum egregium, quod cum oleo menthæ magni æſtimat *Hartmann. in praxi chymiatrica*

tem

cum abortum faciant medicamenta ex Chamomilla, ex menthâ, *lavendula*, judicent alii, mihi non liquet; item oleum anis, fœniculi, carvi, citri, zedoriæ, præprimis autem *oleum caryophyllorum*, quod cum præcipitantibus propinatum, *medicamentum* [illegible] *agros*. Pertinent huc vinum Hiſpanicum, abſynthites, meliſſæ, citratum; *in vino enim Cardiacorum unicam ſpem eſſe certum affirmat Plin. lib.* 23. *c.* 1. Item ſpir. vini, Elixir P. P. Tinctura & eſſentia Caſtorei, Elix. uterin. Crollii. Aqua vitæ Matthiol, cinnamom. menth. meliſſ. c. vino. Uno verbo, *Stomachica*, niſi quid prohibeat. 2. *Diſſipant Carminativa acidula*, enervando quaſi materiam biliosam, ut ſpicula ſua in villos nervorum vibrare nequeat, qualia ſunt ſpiritus martis, ſalis dulcis, ſpiritus formicarum acidulus, maximum nervinum à *Laurenbergio* deſcriptus. Notandum interim hæc hypochondriacis non convenire, ſed aromaticis inſiſtendum eſſe, non tamen ſolis, nec nimis calidis, ſed particulis terreis permixtis, alias enim malum pejus redd{unt}, quia fermentum ventriculi in iis jam{illegible} mis eſt acre. Hinc, quod quaſi in tranſitu dicimus, *hypochondriaci non diu maneant jejuni*, ne ſcilicet acrimonia fermenti, texturam ventriculi morſicando, periculoſa excitet ſymptomata. *Diſſipant* 3. *Diaphoretica*, præſertim in febris, ut omnia Bezoardica ſudorifera, quæ aliunde ſunt petenda. [illegible] *via eſt, decrevit Senatus. Diſſipant* 4 *Abſorbentia & præcipitantia*, ſive materia ſit biliosa, ſive acida. Non enim abſolute valet, ubi præcipitantia juvat, ibi adeſſe acidum. Videmus enim toto die, terrea ejuſmodi in cholera, ſoda & aliis affectibus ſummè eſſe proficua, qui tamen omnium conſenſu bilem uti agnoſcunt cauſam. Faciunt autem hoc [illegible] & [illegible] *frangendo*, ut id eleganter more ſuo explicat *Amaj. Wedelius lib.* I. *ſect.* 3. *cap.* 3. *c.* 7. *de medicamentor. facultat.* Talia ſunt lap. 69, perl. car. mand. luc. piſc. C. C. uſt. terræ omnis generis ſpecies cont. ſodam. *Myuſ.* Item lac lunæ, cryſtall. ppt. & omnium optime conchæ, Antimon. diaphor. In forma liquida, Tinctura [illegible] n, Spir. ſal. armoniac. Sylvian. [illegible] Sylvii, Spiritus C. C. &c. [illegible] ſpongia imbuta aqua vitis, item oleo lilio, lil. albor. rutæ. *Vide Heurn.* [illegible] *Medicin. practic. lib.* 2. *c.* 1. *de æſophag. affect. Diſſipant* 6. *Cucurbitula non ſcarificatæ*, quas ventoſas nominant, cum multa flamma appoſitæ. [illegible] in Colica, ita etiam in Cardialgia.

[illegible] cum Galeno l. [illegible] judicamus proficere.

XXXIII.

Aguint II. ALTERANTIA *Demulcendo*, ut nempe triſtis ſenſatio ſopiatur, & ſuavis quies concilietur. *Demulcent* 1 *Emulſiones* ex refrigerantibus & anodynis, ut ſemin. 4 frigid. major. lactuc. papav. alb. cum aqua hypnotic. *Demulcent* [illegible] violar. nymph. lactuc. *Demulcent* 2. *oleoſa* & mucilaginoſa, præſertim ſi venenum hauſtum ſit, ut oleum amygd. dulc. ſperma ceti, unguent. potab. caſtoreum, nux moſchata, cremor ptiſan. hord. & aven. quo cum *Hippocrat.* [illegible] *Epidem.* Cardialgiam in muliere curavit præſcribendo ipſi polentæ pollinem ſucco mali punici inſperſum, ſemel de die utendum. *Demulcent* 3. *Opiata*, præſertim purgato prius corpore, ſacra omnium dolentium anchora, & omnis moleſtiæ blandum nepenthes, qualia ſunt theriaca, præſertim ſi ſuſpicio ſit veneni aſſumti, *Vid. Foreſt. obſ.* 34. *in ſchol. lib.* 18. Mithridat. Damocrat. Dioſcord. Fracaſt. Requies Nicol. etiam propter ſemina quatuor frigida majora commendabilis, opium ipſum & omnia ex ipſo præparata, ut laudana, Tincturæ, eſſentiæ, combinata vel liquidis vel ſiccis. *Wedel.* [illegible] *Demulcent* 4. *Externa*, ſacculi calefacientes & [illegible] qualia deſcribit *Foreſt. lib.* 18. *obſ.* 21. [illegible] ex [illegible], melilot. chamomill. flor. roſar. ſummitat. abſynth. ſemin. coriandr. Item, quod experimentum eſt *Wedelii* in pleuritide, veſica cum lacte bubulo calide applicata, non eſt rejicienda. *Demulcent* 5. *unguenta* & *linimenta*, carminativa & ſtomachica ex oleo nucistæ cum oleis carminativis, oleum ſtomachal. [illegible] [illegible] Stomachal. [illegible] poſteriori potius, quam anteriori regioni applicanda, quia orificium ſiniſtrum vicinius eſt ſpinæ, quam cartilagini enſiformi, monente *Bartholin. anat. Reformat. l.* 1. *c.* 9. *p.* 68. *Demulcent* 6. *Emplaſtra*, ſicut illa commendat *Hercul. Saxon. l. c.* præſertim de melilot. malaxatum cum oleo maſtichis vel abſynth. pro corroborando ventriculo.

XXXIV.

Reſtaret adhuc diſcendum de [illegible]. Sed cum anguſtia paginæ ulteriorem hujus explicationem non concedat, concludimus; ſperantes, ſi monita noſtra cum legitima diæta obſecundaverit æger, fore, ut exoptatiſſimus Curationis ſequatur

FINIS.

Sit Soli ſummo Gloria ſumma Deo.